



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S V M M A R I V M.

- 1 *Raptus quando committatur.*
- 2 *Hoc crimen est mixti fori.*
- 3 *Raptores qualiter puniantur de iure ciuili.*
- 4 *Puella semper presumitur decepta.*
- 5 *In quibus casibus esset pena raptus.*
- 6 *Qua pena puniatur qui sanctimoniale violare ausus fuerit.*
- 7 *Raptores de iure canonico qualiter puniantur.*
- 8 *An valida sint sponsalia contra facta inter Raptorē, & raptam.*
- 9 *An validum sit matrimonium contrahitum cum ea, quam quis rapuit causa expletā libidinis.*
- 10 *Quid si mulier raperet virum.*
- 11 *An si puella volens pro matrimonio abducitur in uitis parentibus, tale matrimonium sit validum.*
- 12 *An Raptor sequuto matrimonio evitet poenas, & num 13.*

C A P. XXXI.

De Raptu mulierum.

RAPTUS crimen committit qui mulierem libidinis, aut matrimonij causa de loco ad locum abducit, ut dicunt DD. apud Ricc. in Prax. for. eccl. par. 4. ref. 437. Bo naciu. de matrim. q. 4. pun. 18. nu. 5. &c. & ideò sine violentia non committitur c. de raptoribus 36. q. 1. sed eximendi ff. Ne quis eum, qui in ihs voc. non tamen est ne-

cessaria tota omnino vis, sed sufficit aliqua violentia etiam per solam interpellationem, & suasionem, ut est easus in l. 1. f. fin. ubi Bart. ff. de extraord. crim. Boff. in tit. de Cott. damn. & punib. nu. 66. Nauar. cons. i. de Raptor. quamquam alij DD. censem, ad hunc effectum requiri dolum, seu preces, aut blandimenta adeò importuna, ut æquiparentur violentia, ita Sancb. Loff. & alij apud Bonaciu. loco cit: d. num. 5.

Hoc delictum est mixti fori, quia ab utraque lege punitur c. 1. & seq. 36. quæf. 7. l. vn. C. de Rapt. Virg. l. Raptores C. de Episc. & cleric. & in auth. de Rapt. mulier.

De iure autem ciuili Raptores Virginum, sanctimonialium, honestarum viduarum, &c. aliarum mulierum, quæ iam nuptæ sunt, aliquæ omnes auxilium, vel favorem præstantes in ipso raptu, ultimo supplicio afficiuntur, & illorum bona, si sanctimoniales rapsuerint, monasterio, alias ipsi mulieribus raptis applicatur: cōscij verò, vel ministri, vel quicunque eis opem tulerint, capitali pœnæ tantummodo subjiciuntur, ut in dictis ll. continetur.

Eadem pœna capitali puniuntur raptiores filiorum, seu filios sedentes à parétabus l. fin. ubi glos. C. ad l. Fab. de Plagiar.

Præsumitur autem semper puella decepta, ac dolosis suasionibus, & donis inducta, ut in d. l. vn. C. de Rapt. Virg.

Limita in raptu foeminæ impudicæ, tunc enim non punitur pœna d. l. vn. sed arbitraria, nisi for-